Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Chmel, Joseph

Regesta chronologico-Diplomatica, Friderici IV. Romanorum Regis (Imperatoris III.)

Wien 1838

4 Germ.g. 17 sa-1
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10001856-3

76. Papst Nicolaus V. bestätigt das zu Wien abgeschlossene Concordat mit der deutschen Nation 1448, März 19. Regg. No. 2431.

Nicolaus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram Petri sedem divina dispositione sublimati, singulis que pro universalis ecclesiae unione ac pace et tranquillitate profutura fore conspicimus, apostolice providentie solicitudine libenter intendimus et ad felicem illorum prosecutionem et consumationem opem et operam impendimus efficaces. Nuper siquidem carissimus in Christo filius noster Fredericus Romanorum rex illustris et nonnulli alii dilecti filii ecclesiastici et seculares principes inclite nationis Germanice ex una ac dilectus filius noster Johannes Sancti Angeli diaconus cardinalis in partibus illis apostolice sedis de latere legatus per nos ad dictas partes missus sufficienti desuper a nobis et sede apostolica auctoritate suffultus ex alia partibus Romane ecclesie et dicte nationis nominibus pro ipsius ecclesie unione et pace ac tranquillitate inter ecclesiam et nationem predictas perpetuo solidandis et confovendis diversa rationabilia et utilia ordinationes ac statuta a partibus ipsis hincinde approbata laudata conc usa acceptata et concordata fecerunt ac ediderunt nobisque humiliter supplicari fecerunt, ut illis pro firmiori eorum subsistentia robur apostolice confirmationis adjicere, nec non auctoritatem potiorem et decretum interponere dignaremur. Nos itaque qui statuta ordinationes et concordata predicta per nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus magnarum maturitatum auctoritate et litterature viros diligenter examinari et discuti fecimus eaque rationabilia et salubria tam ecclesie quam nationi prefatis fore comperimus, de dictorum et aliorum venerabilium fratrum nostrorum predicte ecclesie cardinalium consilio et assensu apostolica auctoritate et ex certa scientia approbamus ratificamus laudamus ac acceptamus et presentis scripti patrocinio communimus iuxta modum ac formas subsequentes. Placet nobis super provisionum ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque provisionibus uti iuris scripti reservationibus et execrabilis et ad regimen constitutionibus modificatis ut sequitur ad regimen ecclesie generalis quamquam immeriti superna dispositione vocati gerimus in nostris desideriis ut debemus, quod per nostre diligentie studium ad quarumlibet ecclesiarum et monasteriorum regimina ac alia beneficia ecclesiastica iuxta divinum beneplacitum et nostre intentionis affectum viri assumantur ydonei qui presint ac prosint committendis eis ecclesiis monasteriis et beneficiis prelibatis, premissorum itaque consideratione inducti et suadentibus nobis aliis rationalibus causis nonnullorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum vestigiis inherentes omnes patriarchales archiepiscopales episcopales ecclesias monasteria prioratus dignitates personatus et officia, nec non canonicatus et prebendas et ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura secularia vel regularia quecunque et qualiacunque fuerint etiam si ad illa persone consueverint seu debuerint per electionem seu quenvis alium modum assumi, nunc apud sedem apostolicam quocunque modo vacantia et imposterum vacatura nec non per dispositionem seu privationem et translationem per nos seu auctoritate nostra factas et in antea faciendas ubilibet, nec non ad que aliqui in concordia vel discordia electi seu postulati fuerint, quorum electio cassata seu postulatio repulsa vel per eos facta renuntiatio et admissa auctoritate nostra extiterit seu quorum electorum vel postulatorum et in antea eligendorum vel postulandorum electionem cassari seu postulationem repelli aut renuntiationem admitti per nos aut auctoritate nostra continget, apud sedem predictam vel alibi ubicunque et etiam per obitum cardinalium eiusdem ecclesie Romane aut officiariorum dicte sedis quandiu ipsa officia actualiter tenebunt videlicet vicecancellarii camerarii septem notariorum auditoris litterarum contradictarum et palatii apostolici causarum auditoris correctoris centum et unius scriptorum litterarum apostolicarum et vigintiquatuor penitentiarie dicte sedis et vigintiquinque abbreviatorum, nec non verorum commensalium nostrorum et aliorum vigintiquinque capellanorum sedis eiusdem in epitafio descriptorum et etiam quorumcunque legatorum seu collectorum ac in terris Romane ecclesie rectorum ac thesaurariorum deputatorum seu missorum hactenus vel deputandorum aut mittendorum imposterum vacantia et in antea vacatura ubicunque dictos legatos vel collectores seu rectores aut thesaurarios antequam ad Romanam curiam redierint seu venerint rebus eximi contigerit ab humanis, nec non quorumlibet pro quibuscunque negotiis ad Romanam curiam venientium seu etiam recedentium ab eadem si in locis a dicta curia ultra duas dietas legales non distantibus iam forsan obierint vel eos in antea ab hac luce transire contigerit etiam simili modo quorumcunque curialium peregrinationis infirmitatis seu recreationis vel alia quacunque causa ad quevis loca secedentium, seu eos antequam ad dictam curiam redierint in locis ultra duas dietas ab eadem curia ut premittitur non remotis dummodo eorum proprium domicilium non existat ibidem iam forsan decesserint vel imposterum eos contingat de medio submoveri et nunc per obitum huiusmodi vacantibus vel imposterum vacaturis, rursus monasteria prioratus et dignitates decanatus personatus administrationes officia canonicatus prebendas et ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura vel sine cura quecunque et qualiacunque fuerint etiam si ad illa persone consueverint seu debuerint per elec-

tionem seu quenvis alium modum assumi que promoti per nos seu auctoritate nostra ad patriarchalium archiepiscopalium episcopalium ecclesiarum nec non monasteriorum regimina obtinebant tempore promotionis de ipsis facte, nunc quocunque modo vacantia aut imposterum vacatura nec non etiam que per assecutionem pacificam quorumcunque prioratuum personatuum officiorum canonicatuum prebendarum ecclesiarum aut beneficiorum aliorum per nos seu auctoritate litterarum nostrarum immediate collatorum seu conferendorum imposterum preterquam si virtute gratie expectative assecutio fiat nunc vacantia et in antea vacatura plena super premissis omnibus et singulis cum fratribus nostris collatione prehabita et matura deliberatione secuta ordinationi dispositioni ac provisioni nostre de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica reservamus decernentes ex nunc irritum et inane si secus super premissis et quolibet eorum per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Item placet nobis quod in metropolitanis et cathedralibus etiam immediate non subiectis ecclesiis et in monasteriis immediate subiectis sedi apostolice fiant electiones canonice que ad dictam sedem deferantur quas etiam ad tempus constitutum in constitutione felicis recordationis Nicolai pape III. que incipit „cupientes" expectabimus et lapso dicto tempore si non presentate vel si presentate minus canonice fuerint providebimus et si canonice fuerint confirmabimus nisi ex rationabili et evidenti causa ac de dictorum fratrum consilio de digniori et utiliori persona duxerimus providendum, proviso quod confirmati predicti et per nos provisi metropolitanis suis et aliis prestent debita iuramenta et alia ad que de iure tenentur et in monasteriis dicte sedi immediate non subiectis et aliis regularibus beneficiis super quibus pro confirmatione vel provisione ad dictam sedem non consuevit haberi recursus, electi seu illi quibus providendum est pro confirmatione et provisione huiusmodi ad curiam Romanam venire non tenebuntur, ipsaque regularia beneficia sub expectativis gratiis non cadent, ubi autem pro monasteriis ad dictam curiam mittere seu venire consueverunt non aliter confirmabimus vel providebimus quam superius de cathedralibus ecclesiis est expressum et de monasteriis monialium non disponemus nisi sint exempta et tunc per commissionem ad partes, de ceteris vero dignitatibus et beneficiis quibuscunque secularibus et regularibus vacaturis ultra reservationes predictas maioribus dignitatibus post pontificales in cathedralibus et principalibus in collegiatis ecclesiis exceptis iure ordinario provideatur per illos inferiores ad quos alias pertinet. Placet etiam nobis quod per quancunque aliam reservationem gratiam expectativam aut quamvis aliam dispositionem sub quacunque verborum forma per nos vel auctoritate nostra factam vel faciendam non impediemus nos quominus de illis cum vacabunt de Februarii Aprilis Junii Augusti Octobris et Decembris mensibus libere disponatur per illos ad quos eorum collatio provisio presentatio electio seu quevis alia dispositio pertinebit reservationibus aliis a premissis ac depositionibus auctoritate nostra factis vel faciendis non obstantibus quibuscunque. Quotiens vero aliquo vacante beneficio de Januarii Martii Maji Julii Septembris et Novembris mensibus specialiter dispositioni dicte sedis reservato non apparuerit infra tres menses a die note vacationis in loco beneficii, quod alicui de illo apostolica auctoritate provisum fuerit ex tunc et non antea ordinarius vel alius ad quem illius dispositio pertinebit de illo libere disponere poterit. Et ad finem ut hec ordinatio collationum beneficiorum non reservatorum per alternatos menses possit per dictam vacationem publicari et omnes qui ea gaudere voluerint tempus congruum habeant eam acceptandi tunc quoad dictam sedem in kalendis Junii proxime futuri ipsa currere incipiet ac durabit deinceps nisi in futuro concilio de consensu dicte nationis aliter fuerit ordinatum. Placet similiter nobis quod circa provisionem dicte sedi ordinandam modus annatarum hoc modo currat, de ecclesiis cathedralibus omnibus et monasteriis virorum duntaxat vacantibus et vacaturis solvantur pro fructibus primi anni a die vacationis summe pecuniarum in libris camere apostolice taxate que communia servitia nuncupantur et si que excessive taxate sint retaxentur et quod provideatur specialiter in gravatis regionibus secundum qualitatem rerum temporum et regionum ne nimium pregraventur ad quod petentibus dabimus commissiones in partibus qui diligenter inquirant et retaxent. Taxe autem predicte pro media parte infra annum a die habite possessionis pacifice totius vel maioris partis solvatur et pro alia media parte infra annum sequentem et si infra annum bis vel pluries vacaverit semel tantum solvatur nec debitum huiusmodi in successorem in ecclesia vel monasterio transeat. De ceteris vero dignitatibus personalibus officiis et beneficiis secularibus ac regularibus quibuscunque que auctoritate dicte sedis conferentur vel de quibus providebitur preterquam vigore gratiarum expectativarum aut causa permutationis solvantur annate seu medii fructus iuxta taxam solitam a tempore possessionis infra annum et debitum huiusmodi similiter in successorem in beneficio non transeat, sed de beneficiis que valorem viginti quatuor florenorum auri de camera non excedunt nichil solvatur curratque hec observantia deinceps nisi eam similiter in futuro concilio de ipsius nationis consensu contingat immutari. In aliis autem que per felicis recordationis Eugenium papam IV. predecessorem nostrum pro dicta natione usque ad tempus futuri generalis concilii permissa concessa indulta et decreta ac per nos confirmata fuerunt in quantum illa concordie presenti non obviant, ista vice nichil esse volumus commutatum et per hoc quod in concordatis huiusmodi siue quibusvis aliis eorum occasione conficiendis litteris propter competentiorem descriptionem Alamania specialis appellatur, natio ipsa censeri non de-

bet a Germanica natione distincta seu quomodolibet separata. Preterea quia difficile foret presentes litteras ad singula in quibus de eis fides forsitan facienda fuerit loca deferre eadem apostolica auctoritate decernimus, quod ipsarum transumpto metropolitanorum dicte nationis sigillo munito tanquam presentibus si exhiberentur litteris plena fides adhibeatur et perinde stetur ac si dicte presentes littere forent exhibite vel ostense et insuper irritum quoque decernimus et inane si secus super hijs a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis ratificationis laudationis acceptationis communitionis reservationis constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, quartodecimo kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno secundo. de Curia.

A. de Magio.

---

77. K. Friedrichs Schreiben an seinen Bruder Herzog Albrecht. 1448, April 27. Regg. No. 2437.

Dem hochgebornen Albrechten herczogen zu Osterreich vnd zu Steir etc. vnserm lieben bruder vnd fürsten.

Fridreich von gotes gnaden Römischer künig zu allenczeitn merer des reichs, herczog zu Österreich vnd zu Steir etc.

Hochgebörner lieber bruder vnd fürst, als du von sölher beschedigung wegen, so den von Freyburg in Öchtlannd von dem von Sophoy vnd seinen helffern wider solich erber vnd menig rechtpot, so im von iren wegen dargelegt vnd gepoten sind swerlich zugezogen werden, dein botschafft zu vns getan hast, dieselb dein botschafft das also an vns pracht vnd vnder annderm geworben hat, wie dich nachdem vnd den yetzgenantn von Freyburg gen solhem mutwillen irer veindt ye mit macht muess geholffen werden, das nutzlichist bedunck sein, damit durch vns baid vnd vnsern lieben vetteru herczog Sigmunden persöndlich oder doch vnser treffenlich botschafft ain zesamenkömen vnd daselbs aintrechtiklich in sölh weg ainen anslag ze tun fürgenomen wurde, dadurch die von Freyburg fürderlich beschütt vnd gerett möchten werden vnd wie wol vns solh scheden vnd mutwillen, damit die benantn von Freyburg beswert vnd angesucht werden nicht lieb sind vnd wir in darinn merklich hilff vnd rettung ze tun willig wern, so sein wir von merklicher notdurfft wegen, so vns vnd vnsern lannden vnd leuten hieniden der Vnger vnd Türcken, auch annderr vnserr feindt halben diczmals anligund sind, darauf wir vns von Österreich herin gefügt haben in sölhen frömden leuffen mit hilff rat vnd beystannd vnserr lanntschefft vnd annderr vns vnd dieselben vnser lannd vnd leut fürzesehen vnd zu bewarn, also vast beladen, daz wir in solhen leuffen von disen vnsern nidern lannden den obern lannden ditzmals vnd besunder so eylund hilff vnd schüttung nicht getun mugen. Doch widerumb so schicken wir dir hiemit vnser vnd des reichs panyer mit notdurfftigen briefen, auch vnsern brief an die Waleser lauttund, darczu schreiben wir dem obgenantn vnserm lieben vettern herczog Sigmunden, als du an der abschrifft hieinn beslozzen wol vernemen wirdest vnd bitten dein lieb mit sunderlichem fleizz, daz du die sachen darauf furnemest vnd den nachgeest nach dem pessten, damit den obgenantn von Freyburg in den vorberürtn iren notdurfften trost vnd beschüttung beschech als wir dir getrawn, daran tut vns dieselb dein lieb gross dancknem geuallnus, das wir gen dir sunderlich mit gnaden erkennen vnd zu gut nicht vergessen wellen.

Geben zu Grêtz an sambstag nach Sannd Jörgentag anno domini etc. xlviij., vnsers reichs im newnten jare. —

Commissio
d. regis in consilio,

---

78. K. Friedrichs Befehl, seinem Bruder Herzog Albrecht beym Zuge wider den von Savoyen beyzustehen. 1448, April 27. Regg. No. 2439.

Wir Fridreich von gots gnaden Römischer kunig, zu allen zeiten merer des reichs, herczog zu Österreich zu Steyr zu Kernden vnd zu Krain, graue zu Tirol etc. embieten allen vnd ieglichen vnsern vnd des reichs kurfürsten fürsten geistlichen vnd werltlichen grauen freyn herren rittern knechtten burgermaistern reten vnd gmaindn aller vnd ieglicher stet merckt vnd dörffer vnd sust allen vnd yeglichen anndern vnsern vnd des heiligen reichs vndertanen vnd liebn getrewen, in was wirdikait wesens oder states die sein, den diser vnser brieue oder sein glaublich abschrift fürkumbt vnd die damit ermant werdent vnser genade vnd alles gut. Erwirdigen hochgebornen